



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 20. De Templariis habetur quæstio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV.
A. C. 1307.

§. XX.

De Templariis habetur quæstio.

Eadem in urbe mox quæstio de captivis *Dupni. p. 82.*
 haberi coepta est coram multis testi-
 bus per Guilielmum Parisiensem ex Or-
 dine Prædicatorum Inquisitorem ac Re-
 gis conscientiae arbitrum hanc ad rem a
 Papa constitutum. Primus interrogatus
 est Frater Joannes Fullejus, qui sic lo-
 quebatur: Cum reciperer in Ordinem,
 Præpositus me duxit in locum secretum,
 ut abnegarem Deum. Recusantem coë-
 git inquires: Tradidisti te nobis. Com-
 pulsum me videns ajebam: Abnego te,
 intelligens Præpositum. Consului post
 hæc Bonifacium Lombardum causidi-
 cum, an hic ordo esset relinquendus mi-
 hi? Suasit, ut coram Parisino Judice
 in rebus sacris asseverarem non placere
 mihi hunc Ordinem. Frater Reinerius *p. 38. n. 2.*
 Lyricanthinus confessus est se Christo re-
 nunciassse fidem, ac ejus e cruce penden-
 tis imaginem consputasse, vidisseque cre-
 bro in comitiis generalibus adorari ca-
 put barbam prolixam habens. Guido *n. 4.*
 Dalsinus duodecim duntaxat annorum
 erat, cum Ordini nomen daret: descivit *n. 14.*
 a Christo, & crucem conspuit. Rober-
 tus Iffius eadem passus est scelera; & ad-
 didit ea se Poenitentiario aperuisse; quin
 etiam,

Sæcul. XIV. etiam, ut inde absolueretur, anno seculari a se fuisse Romam missum nepotem suum; sed hunc in via obiisse.

n. 18.

Guilielmus quidam (an Cabillonensis, aut vero Catalaunensis fuerit, incertum) perhibuit se per cultrum jugulo admotum suo adactum esse, ut Christo nuncium remitteret.

n. 22.

Guilielmus Herblæus dixit caput, quod Equites adorarent, esse ligneum argentatum auratumque.

n. 26.

Jacobus Molæus Magnus Ordinis Magister itidem confessus est se religionem ejurasse; & adjunxit: quando suscepimus Equites, ad aliquos nostrorum Fratrum dicebam, ut illos seorsum ducerent, ac juberent facere, quod deberent: volebamque illos agere idem, quod egeram.

n. 64.

Petrus Villerius retulit se unius diei ac noctis spatio fuisse in carcere, quia deficere a Christo noluerit.

n. 81.

Joannes Provenensis octo diebus sic inclusus fuit ob eandem causam.

n. 82.

Frater Renaldus sanctiones Ordinis nunquam videre potuit: quare credidit eos jure acculari.

n. 86.

G. Homenilius libens discessisset ex Ordine, nisi metuisset iram propinquorum post magnos sumptus in suum iter transmarinum ab iis factos, præterquam quod visus esset abuisse ex abjectione animi.

n. 87.

Hugo Peraldis plures Equites iisdem conditionibus admisit, eo quod Ordinis decreta sic poscerent. Iudicavit caput, quod

quod adorarent, Cellerone relictum habere quatuor pedes, duos prorsum, retrorsum caeteros. Radulphus Gifius addidit illius formam esse terribilem; & quoties monstraretur, omnes prostrernere se, & capita sua deducere. Godefridus Gonevillus in Anglia adscriptus Ordini cum abjurare Deum renueret, Praepositus ad eum dixit: Hic nobis mos est, adscitus per Magnum Magistrum, qui a Sultano in carcerem missus, exivit inde facto promisso excitandi hanc consuetudinem. Adjunxit Godefridus se crebro fuisse paratum ad reliquendum ordinem; sed timuisse magnam Templariorum potentiam; & cum Regi rem denunciare quodam die statuisset, a proposito avocatum esse per bona grandia, quibus in Ordine frueretur.

Ita Templarii centum quadraginta circiter Lutetiae diversis diebus interrogati fuere per Octobrem ac Novembrem anni 1307. Plerique fatebantur eadem facta praeter impietates, quarum memini, libidines abominandas continentia. Similis quaestio in provinciis eodem tempore habebatur, Trevis, Bajocassij, Cadomi, Cadurci, Carcassone: ubi Frater Joannes Cassagnus Ordinis beneficio praeditus Equitum receptionis ceremonias sigillatim retulit.

sacul XIV.
A.C. 1307.

n. 88.
n. 122. p. 87.

p. 81. § 2. 89.
p. 90. n. 25.

secu-
nepo-
Gui-
aut
per-
otom
cium
dixit
Te li-
dinis
ligio-
o sa-
Fra-
rent,
vo-
ege-
nius
quia
annes
s fuit
aldus
re po-
culari.
x. Qe-
lorum
trans-
quod
animi.
isdem
rdinis
caput,
quod